Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35482
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

134.

senioribus quia ita pro defensione ueritatis
etiam sine lingua loquebantur. sicut prius per lingu
am loqui consueuerant. PETRUS.
MIRANDUM ualde et uehementer stupendum. GREG.
SCRIPTUM quippe est petre de unigenito summi
patris. In principio erat uerbum et uerbum erat
apud deum et deus erat uerbum. De cuius etiam uirtu
te subiungitur. Omnia per ipsum facta sunt. Quid igitur
miramur si uerba edere sine lingua potuit uer
bum quod fecit linguam. PETRUS.
Placet quod dicis. GREGORIUS.
Huius itaque eo tempore profugi ad constantinopo
litana urbe uenerunt eoque tempore quo pro expenden
dis responsis ecclesiae ad principem ipse trans
missus sum. Seniorem quendam episcopum repperi qui se
adhuc eorum ora sine linguis loquentia uidisse
se testabatur. ita ut apertis oris clamarent.
Ecce uidete quia linguas non habemus et loquimur.
Videbantur enim a respicientibus ut referebat quia